Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Male addite sunt diuitie id est ΗΛΥΤΟΣ cum ethimologia nominis
aser. scriptura auctoritate pandit. dicentis. et ab eo quod beatificabit
me mulier. et ab eo quod beata dicant omnes filii sui beatum uo
cauerunt. Aser. quod in diuitie. id est beatus dicitur. dum taxat in presenti loco.
Hæ in aliis sed in ambiguitate uerbi possunt et diuitie sic uocari.
Et audiuit dominus lia. et exaudiuit et peperit iacob filium quintum. et lia dixit.
Dedit dominus mercedem meam. quia dedi ancillam meam uiro meo. Et uocauit
nomen eius isachar. Ethimologia hui nominis. lxx interpretes edidere
merces. Non quia in pleriq. addito pnomine male legunt. estimandum
est ita scriptum et quod est merces. id est totum nomen est merces interpretatur.
Is quippe dicitur est. et sachar merces. Hoc autem ideo quia mandragoris filii
ruben intermittit quia rachel debebat adsumere concubitum. Sed quia. Et concepit
adhuc lia et peperit filium sextum iacob. et dixit lia. Dotauit me dominus
dote bona. Tempore cum hoc habitabit mecum uir meus. quia peperi
sex filios. Et uocauit nomen eius zabulon. Ubi nos possumus habitabit
mecum et lxx interpretatus sunt diligit me. in hebreo habet zebhu
lum. et est sensus. Quia sex filios genuit iacob. propterea iam secura sum.
Habitabit cum mecum uir meus. Unde et filius meus uocetur habita
culum. Male igitur et uolentur in libro nominum. habulon fluxus
sanguinis (noctis) interpretatur. Et post hoc peperit filiam. et uocauit nomen
eius dina. Hæc transferunt in causam quia significantia greece dikhen
uocant. hurgum cum insertum causa extitit. Post filios et partum
ponenda sunt nomina. Lia interpretatur laborans. rachel ouis. cum
filio ioseph abeo quod sit alium addi mater optauerat uocat augmentum.
Isidorus. Nunc autem quid rerum significauerint quatuor uxores ia
cob. quarum duæ liberæ duæ ancillæ fuerunt. Uidimus enim aplm in libera
et ancilla quas habebat abraham duo testamenta intelligere. id est ibi
una et una facilius apparet quod dicitur. hic autem duæ sunt et duæ. De
inde ibi ancillæ filii exheredantur. hic uero ancillarum filii simul cum filiis
liberarum terram promissionis accipiunt. Unde hic peccul dubio aliquid
significatur. Quamquam enim duæ liberæ uxores iacob. ad nouum testamentum